Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

speciosa mea: et vem columba mea in foraminibus petre: in
cauerna macerie. Ostende michi faciem tuam: Sonet vox
tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis et facies tua decora. ℣
Benedicta et venerabilis es virgo Maria que sine tactu pudoris inuenta
es mater saluatoris. ℣ Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis.
in tua se clausit viscera factus homo. Alla ℣ Aue stillans melle alue
arium. Aue veri salomonis feretrum. Aue verbi dei tu sacrarium. Aue verbi
dei receptaculum maria. Sequencia de visitacione

Aue verbi dei parens virginum humilitas. Aue oi neuo carens
humilis virginitas. Gaude que sic grauidaris nec grauaris
filio. Gaude que sic oneraris onere gratissimo. Salue ves
se stirpe orta virgula fructifera. Salue clausa templi porta soli deo
peruia. Laude vellus gedeonis rore madens pneumatis. Laude
pellis salomonis pulcrior pre ceteris. Tale iacob micans stella et
illustrans maria. Tale consignata cella rubus in vi flamea. Suge
sole qd amicta solem gigmis cellula. Suge qd sis preelecta scala celi
fulgida. Lange aurora consurgens luce noui sideris. Lange ar
cha trina ferens carismata miseris. Sua magnificat tua ibm rpm
aia. Sua tecum vt laudemus ora dulcis Maria. Amen. Lucā

Nit. Surgens maria abiit in montana cum festinacione in
ciuitatem iuda. et intrauit in domum zacharie: et salutauit eli
zabeth. Et factum est ut audiuit salutacionem marie elizabeth:
exultauit infans in utero eius. Et repleta est spū sancto elizabeth:
et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres:
et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater
dni mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutacionis tue in
auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata
que credidit: quoniam perficient ea in te que dicta sūt tibi a dno.
Et ait Maria. Magnificat aia mea dnm: Et exultauit spūs
meus in deo saluatori meo. Quia respexit humilitatem ancille
sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent oes generaciones. Quia
fecit mihi magna qui potens est: et sanctū nomen eius. Et mia
eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potenciam
in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit
potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bo-